



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

CXXXV. Cessio de ancilla ad monasterium Nobiliacense in dioecesi
Pictaviensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

ter dedit. Et in aice Brivatensi, de villis his nominibus, Tropennaco, Vendagna, Pinatenſe, Valilia, & illa Spinatia, & Cabriogilo, duas partes decimarum de illa calme, & de Buxogilo medietatem decimarum. Et in vicaria Calarienſe, de villis his nominibus, P'ebis, Caleziis, illa becia, maſſum Giruini, medietatem decimæ. Hæc omnia ſupraſcripta dedit venerabilis Arnardus Præſul Arvernensis Eccleſiæ in die dedicationis baſilicæ in Caſtro fundata, ut habeat, teneat, atque poſſideat, & juſto ordine gubernet ea rector ipſius cellæ, ea ſcilicet * ut quandiu idem Johannes advixerit, eandem capellam teneat, & annis ſingulis Canonicis ſancti Iuliani ſolidos quinque in cenſum incunctorum exolvat, & poſt obitum ejus, ſi nepos ejus Girbaudus ſuper vixerit, ſimili modo eam teneat, poſt amborum autem obitum in communi victu Canonicorum ſancti Iuliani revertatur. Et ut firmiorem per ſuccedentia tempora hæc paginola obtineret vigorem, idem ſapientiſſimus Præſul Arnaldus manu propria ſubter illam corroborare dignatus eſt, & ut primatum matris Eccleſiæ manibus inſigniretur decrevit. Arnaldo Papa, Salomone Decano, & Bernardo Abbate, Adalardo Levita, teſtibus, regnante Karolo Rege Francorum carta iſta facta fuit.

* ratione

CXXXIV.

*Elidelindis ceſſio ad Eccleſiam Brivatensem.*An. 917.
Ex eodem
chartulario
cap. 41.

Sacroſanctæ Dei Eccleſiæ vico Brivatensi fundata, in qua venerabilis martyr Iulianus glorioſam aditus eſt ſepulturam cum ſociis ſuis decorato maſſoſo. Idcirco ego in Dei nomine Elidelindis pro remedio anime meæ & fratris mei Arnulfi cedo ipſi caſſe Dei aliquid de rebus proprietatis noſtræ que ex conqueſtu nobis evenerunt, ceſſumque in perpetuum eſſe volo. Sunt autem ipſæ res in comitatu Brivatensi, in vicaria Cantillienſe, in villa que vocatur Mageladetus. In ipſo loco cedo Deo ſanctoque Iuliano in compuni victu ſervientium ejus maſſos tres cum curtis, hortis, exiis, adjacentiis, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, totum quod ibi viſi ſumus habere vel poſſidere, ut habeant, teneant, & quicquid voluerint Canonici ipſius loci. Si quis verò, quod futurum minimè credo, aliquando ſurte xerit, ego videlicet emutata voluntate mea, aut ullus ex heredibus meis, ſeu ulla emiſſa perſona aut contrapoſita cartulam iſtam ullam generare præſumpſerit, quod repetit minimè vindicet; & inſuper qui licet intulerit auri libras duas coactus reddat, & hæc cartula à nobis facta omni tempore firma & ſtabilis permaneat. Acta XI V. Kal. Martij anno tertio quo Karolus Rex per iuſtos Francos dehoneſtatus eſt.



CXXXV.

Ceſſio de ancilla ad monaſterium Nobiliacenſe in dioceſi Piſtavenſi.

DVm unusquisque in hoc ſeculo proprio vacat arbitrio, oportet ei ut de rebus ſibi à Deo adquiſitis taliter agere qualiter præmium vitæ æternæ mereatur percipere. Quapropter ego in Dei nomine Richardus Aedituus ſancti Petri Piſtavenſis ſenioris Eccleſiæ tractavi de Dei timore & æterna retributione, ut mihi pius Dominus in die ultima magni judiciij veniam tribuere dignetur. Ancillam itaque juris mei nomine Ingeburgim & infantibus ſuis videlicet his nominibus, Dodo, Abbo, Hildegardis, ad monaſterium in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ & beati Iuniani conſeſſoris præcipui fundatum, Nobiliacum nomine, ad communia fratrum ibidem die noctūque Deo militantium per hanc ceſſionis epistolam ad habendum deleavi, quatinus pij redemptoris gremij amplexor, diemque magnæ reſtaurationis gehennæ cenſūque ſulfuris inleſus peragam, quia præſens ſeculo oneretur flagitij ſeculo, ne in avum perſiſtar in jus almi ſuffragium cunctari, ut magni advocatus opere, ejusque de magnis piaculis dimiſſum. Illud etiam placuit mihi inferere ut ſi aliqua emiſſa perſona fuerit qui contra jamdictam ceſſionem, quam ego prompto animo & bona voluntate facere juſſi, ulla calumnia renovere voluerit, & ſi non ſe correxerit, aut à ſua mala voluntate declinaverit, judicium Dei genitricisque Dei Mariæ & ſancti Iuniani in penalibus gehennæ dignè pro meritis incurrat. Ut autem hæc donatio Eccleſiæ plenior in Dei nomine obtineat firmitatem, manu mea propria ſubter firmavi, & bonis hominibus ad corroborandum tradidi; quatinus pius Dominus mercedem bene laborantibus cum ceteris fidelibus in die judiciij reſtituat, beata Maria & ſancti Iuniani interventio. Richardus donatione conſecit. Signum Rainardi Vicarij. S. Rainarij Ippovicarij. S. Girardi. S. Landrici. S. Ingranni. S. Dotini. S. iterum Girardi. S. Gualberti. S. Dodeloni. S. Baltulij. S. Thertonni. S. Radulfi. Data menſe Decembris anno 1111. Radulfi Regis, quando Karolus in cuſtodia tenebatur.

An. 917.
Ex chartulario
mo-
naſterij
Nobilia-
cenſis.

CXXXVI.

Teſtamentum Aſfredi Ducis Aquitanorum.

LEgitur in literis divinis: *Omni habenti dabitur, & abundabit.* Et: *Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiat.* Et in Danihele: *Placeat tibi, Rex, conſilium meum.* Et: *Peccatum tuum eleemoſynis pauperum redime.* Idcirco ego in Dei nomine Aſfredus divina diſponente clementia Aquitanorum Dux, conſiderans caſum fragilitatis humanæ, & mente pertractans quia nemo ex humano ſemine procreatus vivat & non

An. 918.
Ex chartulario
Eccleſiæ Bri-
vatoſis
cap. 411.